



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1732. usque ad annum 1734

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 90119339

§. 43. Regni Ordines a Potockio Polono convocati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67683](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67683)

Sæc. XVIII. rum ubertate, Regia liberalitate
 A. C. 1733. magnificentia illo ævo longe celeberrimus; in bello victor, in pace Pacifantissimus. Unde merito Comes Flemmingen jam anno Christi millesimo septingentesimo decimo sexto huius Regis merita hoc elogio complexus. *Nullus certe Polonorum Rex generosior, nullus moderatior in patiendis, nullus in condonandis injuriis clementior quam modernus Rex, in quo, si vitium hominis, a quo nemo mortalium eximitur, nullum tamen in eo vitium Regis reperiri potest.* Successit defuncto in Electoratu Fridericus Augustus III. eiusque filius, a Jagellone Polonorum Regem descendens, dignissimus paternarum virtutum hæres.

§. XLIII.

Regni Ordines a Primatu convocati.

Dissolutis per obitum Regis comitiis Viennæ, Dresdæ & Varsoviæ funebria solemniter ac regia pompa perolvebantur, quibus rite peractis Primas Regni Theodorus Potockius Archiepiscopus Gnesnensis qui ex antiquo more summam Reipublicæ tempore interregni administrationis defuncti Regis merita & famam

lenta oratione celebravit, & Ordinum
 Senatam, ut de electionis negotio de-
 liberaretur, Varsoviam convocavit,
 interim vero Regni copias Comiti Po-
 niatowskio regendas commisit, ac de-
 mum die vigesima tertia Februarii in-
 signum supremæ potestatis suæ Cru-
 cem, ac Marefcalli baculum præferen-
 tibus Ministris, in publicum prodiit.
 Habebantur aliquot Procerum congres-
 sus, in quibus Mense Martio *sub vin-
 culo confæderationis generalis* de sexaginta
 & uno articulis pro futura electione
 conventum est, quos Primas, octo Epi-
 scopi, ducenti nonaginta sex Senatores
 ac Provinciarum Legati proprio chiro-
 grapho, & solemnî juramento firma-
 bant. Ex his præcipuus erat articu-
 lus, quo statutum, neminem nisi Pia-
 stum, id est, indigenam vel natione
 Polonum, ac Religione Catholicum
 esse eligendum, electionem vero om-
 nino libere, & semota omni vi ac vio-
 lentia esse peragendam, eamque die
 vigesima quinta Augusti loco consueto
 inter Varsoviam & Wollam esse susci-
 piendam. Insuper alius Cracoviæ ha-
 bebatur Conventus seu, ut vocant,
 confœderatio particularis eorum, qui
 Ductore Palatino & Principe Lubo-
 mirskio Spiskio jurarunt, se neminem
 alium electuros, nisi ex Proceribus

Sæc. XVIII.
 A. C. 1733.

Sæc. XVIII.

A. C. 1733.

Polonis esset, & cum eis parem
 tum vitæque societatem fovere vellet.
 Eo fine Lubomirskius exercitum
 ginti millium bellatorum contraxit,
 sub specioso conservandæ patriæ libe-
 tatis, & prævertendi tumultus obtinendæ
 Cracoviensem arcem, ubi thesaurus
 Archivum, & Regni insignia custodi-
 bantur, suo milite firmavit, dein
 Lubomirskius atque Owieziaskiensis Prae-
 cipatum incolas in suas partes per-
 traxit. Inde non pauci tumultuantes
 Regis electionem haud temere divisa-
 bant: ingentes quoque turbas non solum
 Ecclesiæ, totiusque Europæ dispendio
 orituras pertimescebat Clemens
 Pape, qui a Coniskio Cracoviensi
 fraganeo Romam misso de Regis obitu
 nec non de turbidis Polonorum
 filiis edoctus, ante comitiorum tempus
 paternis literis Primatem serio hortatus
 batur, ut operam daret, quatenus
 creando Rege Polono Catholicæ Reli-
 gionis utilitas, Reipublicæ salus,
 populi tranquillitas spectaretur.

§. XLIV.

Diffidia ob diversos Regni Competitores.

Duo præcipui erant Polonici scep-
 Competitores, Fridericus Augustus